

	nam] in hereticorum libris non mult[a, qu]e ad veritatem pertinent, posit[a rele]guntur? Numquidnam ideo veritas [refu]tanda est, quia illorum libri, u[bi pravi] tatis interest, refutantur? [Aut ideo] pravi libri eorum suscipien[di sunt, quia] veritas, quę illic inse[rta est, non] negatur? Ait apostolus: O[mnia probate; quod] bonum est, tenete. Scimus apostolum et de paganorum libris aliqua posuisse. Numquid ideo cuncta recipienda sunt, quę cum his pariter sunt prolata?
<i>Itemque</i> <i>Gregorius Anastasio Anthioceno inter cetera: Quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores? Itemque Alexander</i>⁸²<i>: Scriptum est: ne transgrediaris terminos antiquorum, quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum postponit atque confundit. Quomodo Anastasius Acatii heretici et damnati canonice ratam dicere potuit ordinationem, cum econtra Innocentius ordinatos a Bonoso heretico damnato reos usurpate dicat dignitatis et nichil eos ab illo accepisse, qui se passi sunt uel cupierunt ab eo ordinari, asserat, nullumque colorem excusationis nisi compulsis et statim ab eo discedentibus indulget. In quo</i>	<8> <i>GREGORIUS Anastasio Anthioceno: Quomodo illa capitula recipi poterunt, quorum dampnabantur auctores?</i>

82) Alger zitiert hier aus einer gefälschten Dekretale Pseudoisidors: Ps.-Alexander I., *Cogitantibus nobis metum* (J³ †49). Im Gegensatz zu dem Gelasius- und dem Gregor-Zitat hat der Kompilator des Florilegiums diesen Text nicht übernommen.